



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

156. An Confessarius habens facultatem dispensandi super certam materiam, dispensatio sit valida, si in confessione sacramentali interne illam fecerit, putando tam ipse quam pœnitens non esse ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

sequentia. *Primum* sufficere, ut sit approbatus ab Ordinario quamvis esset occulte reuocata licentia superioris pro audiendis confessionibus, ita ut talis reuocationis detur error communis, id est ignoretur omnino talis reuocatio, etiam ab ipso Confessore. Si enim de illa constet, non poterit aperire. *Secundum* est debere esse approbatum ab Ordinario, & non sufficere approbationem Academicam alicuius. *Tertium* est, si sit approbatus cum limitatione, pro masculis tantum ob defectum aetatis senilis, tamen poterit eligi pro aperiendis his litteris, siue id petat vir, siue femina: quia cum alias sit Doctor, vel aequiualet Doctori iuxta sui Praelati iudicium, poterit sufficienter tales litteras aperire, & ad hoc diceretur sufficienter approbatus.

RESOL. CLV.

An semel Confessarius electus ex virtute litterarum dispensationis possit vigore eiusdem Bullae, inconsulto Maiori Pœnitentiario, variari?

Et an verosupradictas litteras aperiantur à non habente supradictas qualitates, suo effectu frustrantur, aut priuantur?

Et an peccet praedictas litteras aperiens, si illis qualitatibus praedictis non sit; si Ex part. 8. tract. 3. Ref. 104.

§. 1. **N**egatiue respondet Pater Leone in *praxi Pœnitent. part. 1. fol. 22.* si Confessor electus habeat condiciones praescriptas, & acceptauit suam electionem, cum inter *Canonicos 21. de elect. Nauarr. lib. 2. consil. in 2. edit. tit. de officio delegati, consil. 8. num. 1.* Praxi Neapolit. *cap. 21. de dispensationibus matrimonialibus.*

2. Probatur *primò*; quia sicut non potest eligi Confessor alius ab expresso per Maiorem Pœnitentiarium, ita neque potest variari electus vigore praedictae Bullae. Confirmatur; quia rescriptum diplomatis huiusmodi vnicam tantum Confessarij electionem concedit. Sermo enim simpliciter prolatus, intelligitur de vnica vice. *l. boues 85. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. Secundo*, quia iurisdictione legata, est iurisdictione delegans, *l. 1. §. qui mandatum: ff. de officio eius, cui est mand. iurisdic. Ergo* ad delegantem duntaxat spectat illam extendere, & non ad partes neque ad iudicem; id enim, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri nequit. *reg. 1. d. quod nostrum 11. ff. de reg. iur. Tertio*, quia iurisdictione delegata non potest de persona in personam, etiam de consensu, partium prorogari. *cap. P. & G. per litteras, 40. de officio deleg. Quarto*, si posset fieri huiusmodi variatio yltra casum ignorantiae repertae, inconsulto Maiori Pœnitentiario, multa inde inconuenientia sequerentur.

3. *Primò* enim facillimè declinaretur à Confessore prudente, docto, & discreto, ad imprudentem, ignauium, & indiscretum, quando per illum pensata qualitate absolutionis, dispensationis, &c. impendenda, imponeret penitenti canonica satisfactio, ac legitimae penitentiae adimplementum: quae ut plurimum penitentibus odiosa, nimis grauias, & quasi intolerabilia videntur. *Secundò*, gratuitas delictorum non sentiretur: Ecclesiae benignitas, diuinaque misericordia non cognoscerentur, paruipenderetur propria salus, & aperiretur via ad grauiora delicta perpetranda, cum non modica animarum iactura.

4. Limita tamen, quando eligens repetit electum esse ignorantem. *l. de atate, 12. §. finali, ff. de interrog. actio. Goffred. in summ. tit. de elect. n. 34.*

5. Nec obstat dicere, quod commissio in foro conscientiae facta sequitur naturam illius fori, quae est, ut penitens non teneatur acquiescere sententiae vnus Confessarij, sed possit plures adire, variare; & propterea Confessor electus vigore diplomatis Maioris Pœnitentiarij possit illo inconsulto variari.

6. Sed haec obiectio facillimè eliditur, respondendo, penitentem non teneri acquiescere vnus Confessarij sententiae, sed plures posse adire, quando non est ei praescriptus, & limitatus Confessor: secus verò est, quando à superiore est praescriptus Confessor, ut patet in Regularibus, quibus à superioribus praescribi solet Confessor, cui constentur, & tenentur illius sententiae acquiescere, vel à superiore facultatem petere alium eligendi, nec possunt per se ipsos id facere. Ita etiam penitens eligendo Confessorem vigore litterarum Maioris Pœnitentiarij, sibi deputat, non auctoritate propria, sed Maioris Pœnitentiarij nomine: ergo inconsulto Maiore Pœnitentiario non poterit illum variare.

7. Huiusmodi autem commissio Maioris Pœnitentiarij sequitur naturam fori conscientiae; quoad sigillum & secretum, non autem quoad libertatem variandi Confessorem: & nescio, quo fundamento dicatur intentionem, & voluntatem Maioris Pœnitentiarij esse, ut possit ipso consulto fieri huiusmodi variatio, dum expressè sit commissio Confessori, & non Confessoribus per Oratorem eligendis, &c. & ex tot annorum experientia contrarium mihi constat de mente Maioris Pœnitentiarij. Et hæc omnia docet Leone *loco citato*.

8. Sed non deseram hinc adnotare, affirmatiuam sententiam docere Sanchez *lib. 8. disp. 27. num. 40.* quem etiam sequitur Perez *de matrim. disp. 48. scilicet 5. n. 7.* cui adde Lezanam in *summa 99. Regular. tom. 4. verb. littera Apostolica, n. 19.* vbi sic ait: An verò sit praedictae litterae aperiantur à non habente praedictas qualitates, suo effectu frustrantur aut priuantur, à nonnullis ambigitur. Et verior est pars negatiua, quia illae solum exiguntur pro executore dispensationem, non pro aperturo litteras. Sanchez *suprà n. 11.* Naldus in *summa, verb. littera, num. 8.* peccabit tamen praedictas litteras apertens, si illis qualitatibus praedictis non sit, quia Papa, vel summus Pœnitentiarius solum id committit illas habenti. Naldus *ibid.* Casu etiam quod appetantur ab vno Confessario, & ille nolit dispensationem concedere, potest Orator alium adire, & ab eo ipsam obtinere. Ratio est, quia huiusmodi litterae concessae intelligentur conformiter ad formam, & naturam confessionis sacramentalis, in qua nullo iure constituitur penitens quin variare possit, cum non teneatur acquiescere opinioni vnus Confessarij, quoties alium inuenire potest habentem aliam opinionem probabilem. Naldus, & Bonacina *suprà*, cum Sanchez, & aliis contra Nauarrum *lib. 1. consil. de offic. delegat. consil. 8.* Imò ipse Confessarius, qui in principio noluit dictam dispensationem concedere, potest, mutata sententia, id postea facere, cum sapientis sit mutare consilium ex iusta causa, Bonacina *suprà* aliis relatis. Huculque doctus, & amicus P. Lezana, cui ego libenter adhaereo, & in facti contingentia olim consului.

RESOL. CLVI.

An Confessarius habens facultatem dispensandi suam per certam materiam, dispensatio sit valida, si in confessione sacramentali interne illam fecerit, putando tam ipse, quam penitens non esse necessarium verba expressis facere?

Vel an sit necessarium iurum expressè dispensare, & profiteri

proferre verba dispensationis, dicendo, Dispensatum est. Et an hoc dispensatio possit fieri a sacerdote, et an si dispensans sit absens? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Resol. 118.

DE hoc casu olim interrogatus fui, & affirmatiue respondi, nullius tamen Doctoris auctoritate fretus, licet tunc aliqui contrariam sententiam docuissent; sed modò nostram sententiam docet Turrianus in select. disput. part. 2. dicitur. 31. dub. 64. vbi sic ait. An sit vera dispensatio si data facultate Confessario dispensandi circa certam materiam, & audita confessione penitentis Confessor absoluteionem sacramentalem dederit illi rectè dispositio, & penitens & Confessor non putauerunt esse necessarium expressè dicere, Dispensato te. Interrogans sum primò, an sufficiat virtualis dispensatio, quæ hic videtur interuenisse. Secundo, an sit necessarium iterum expressè dispensare, & proferre verba dispensationis. Tertio an hæc dispensatio possit fieri a sacerdote etiam si dispensans sit absens. Circa primum mihi videtur sufficere virtualis illa dispensatio. Secundo, cum non sit sacramentalis absolutio, non video esse necessarium illam dispensationem repetere per verba expressa. Ad tertium respondeo absoluteionem sacramentalem non posse fieri absente penitente, iuxta decisionem Clem. VIII. sed hæc dispensatio non est absolutio sacramentalis, vt suppono, & ita fieri potest absente persona cui conceditur dispensatio, vt constat in aliis dispensationibus, quæ omnia non solum vt probabiliora, sed vt vera approbata sunt à viris doctissimis huius Curie Matritensis. Hæc Turrianus, quæ hic transcribere volui aduersus illos, qui, quando supra dictam sententiam ego consului, argè illam tulerunt.

RESOL. CLVII.

An dispensatio in literis Penitentiaris fieri debeat in confessione sacramentali?
Et an Confessarius debeat esse approbatus sine limitatione?
Et an ad valorem dispensationis sufficiat, si confessio sit inualida?
Et an, opus sit, vt talis delegatus, sit Doctor iuris Canonici, vel Magister in Theologia in Academia approbata, & non Licentiatum, nec ceteri aliq?
Et notatur, quod Regulares, quibus Superiores permiserint, habent privilegium expendendi has litteras, etiam si non sint doctores, vel Magistri.
Et aliq casus circa supra dicta explanantur, & pro ceteris aliis clausulis prædictarum litterarum. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Resol. 71.

Frequenter in praxi occurrit iste casus, ideo circa præsentem quæstionem in gratiam Confessarium magis practicabilia adnotabos, & quoad primum quæritum affirmatiue respondet Basil. Pontius de matrimon. tom. 1. lib. 8. disputat. 34. numer. 16. & ratio est, quia litteræ asserunt Confessarium debere esse approbatum ab Ordinario; sed talis Confessarius, de quo loquimur, est approbatus ab Ordinario, ergo, &c. non enim approbatio restringenda est ad approbationem absolutam. Sed ego profus negatiuam sententiam tenendam esse puto, si respectu petentis dispensationis approbatus non sit, & ita docet Riccius in decis. Cur. Arc. tom. 4. decis. 34. num. 2. Basilus Pontius Tom. III.

troduxisse in ordine ad auditionem confessionum, verba illius dubitare non sinunt, & requirendo in Confessario qualitatem approbationis, superuacane videtur posita qualitas Magisterij; si confessio non esse necessaria.

2. Verùm negatiuam sententiam docuit Sanchez de matrimon. lib. 8. disputat. 34. numer. 29. Salas de legib. disput. 20. sect. 10. numer. 98. & Castus Palauus tom. 1. tractat. 3. disput. 6. punct. 15. §. 1. numer. 6. quia Pontifex non dicit dispensationem expediendam esse pro foro penitentia, sed pro foro conscientia; forum autem conscientia non est forum sacramentale, sed secretum & extraiudiciale. ergo, &c.

3. Sed licet hæc sententia negatiue olim esset satis probabilis, hodie tamen non potest sustineri, sed prima opinio affirmatiua est tenenda, per ea quæ adducit Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. numer. 355. vbi sic asserit. Notandum secundò an exigatur confessio sacramentalis, necne? olim erat probabile non requiri quia non addebatur clausula audita confessione; non aliter, neque alio modo, sed tantum in foro conscientia, quod distinguitur à foro penitentia, & medium est intra forum externum, & forum penitentia sacramentale, quòd scilicet fiat, non publicè adhibitis testibus & notoriè, sed secretè in foro animæ internæ, sed extra confessionem, vt potest quis absolui à censura ab Episcopo; & tunc sine confessione. Hodie autem ex clausula dicta confessio est omnino necessaria. Sic ille, & nouissimè etiam Ant. Fernandez & in instruct. confess. part. 1. docum. 4. §. 1. num. 6. vbi sic ait: Tercera clausula de los dos breues dice que le absuelva del voto, y que le imponga penitencia saludable. Sanchez dice que no es menester que sea en confession, pero Reginaldo tiene lo contrario, porque despues acò se añade en las letras que sea en confession, y assi se ha de hazer. Hæc ille.

4. Cum igitur hodie sit necessaria confessio, vt patet ex tenore litterarum, quæritur an ad valorem dispensationis sufficiat si confessio sit inualida? & de hoc casu olim ego interrogatus fui, & respondi quòd si confessio est inualida defectu doloris, vel integritatis circa alia peccata, non autem circa id, de quo petitur absolutio, vel circa rem, de qua petitur dispensatio, satis est dicta confessio, licet inualida; secus autem si non esset integra, vt dixi respectu eius cuius queritur dispensatio, & ita in facti contingentia liberaui quemdam penitentem & Confessarium ex magnis angustiis stante supra dicta distinctione & doctrina, quam docet Suarez tom. 4. disputat. 31. sect. 4. numer. 9. & Filiucius tom. 1. tractat. 10. part. 2. capit. 10. numer. 355.

5. Sed deueniendo ad secundum quæsitum, videlicet au dicta confessio sit facienda cum Sacerdote approbato absolute, vel sufficiat, si sit approbatus pro viris, verb. grat. & non pro mulieribus; pro personis huius oppidi, &c. affirmatiuam sententiam, nempe sufficere si sit aliquo modo approbatus, docet Sanchez de matrimon. tom. 1. lib. 8. disputat. 34. numer. 16. & ratio est, quia litteræ asserunt Confessarium debere esse approbatum ab Ordinario; sed talis Confessarius, de quo loquimur, est approbatus ab Ordinario, ergo, &c. non enim approbatio restringenda est ad approbationem absolutam. Sed ego profus negatiuam sententiam tenendam esse puto, si respectu petentis dispensationis approbatus non sit, & ita docet Riccius in decis. Cur. Arc. tom. 4. decis. 34. num. 2. Basilus Pontius A a 2 de

LIBRARIÆ
OMNIA
TO. III. IV. V
E. III

Sup. hoc in Ref. 159.
Sup. hoc supra in Ref. 254 §. Sed difficultas.

Sup. hoc principio antecedentis Resol.

Sup. difficultas in eadem. Ref. 16. §. 1. ibi in m. p. Ref. 16. §. 1. proprie